

ADHAS, DE IEIVNIO ASSERTIONES, PRÆ-

SIDE REVERENDO P. THEO: PELTANO DOCTORE THEOLOGO,

Professore Ordinario, Respondebit D. Alph: Pinedanus Guterius, Artium
liberalium M: & SS. Theologiæ Baccalaureus.

CVM HAERESIS IOVINIANI ET AERII DE IEIVNIIS, AVTHORITATE

Ecclesie iam pridem sopia ac profligata, denuo hoc nostro seculo euincere uideatur, non abs re futurum putauimus, si pro ue-
ritatis Catholicæ defensione, nonnullas de Ieiunio Theses disputandas ac discutiendas, in medium proponeremus.



Eiunum bifariam, considerari potest, in genere uidelicet, & in specie, hoc Ecclesiasticum, illud absolutè
ieiunum licebit appellare.

2. Verum siue absolute Ieiunium, siue discretionis causa, quousq; alio nomine alterum illud vocaueris, non tamen idem omnino est, quod abstinentia moralis, cuius est cibo potionis moderationem prescribere, sed eiusmodi quiddam huic ipsi adiungit, quo noua & peculiaris quadam abstinentia constituitur ratio.

3. Id quidem uel ex eo manifestum euadit: qd ad abstinentiam nemo non mortalium, iam inde ab orbe condito, semper fuerit obstrictus, ad Ieiunium uero non ita. Nam & Sancti Apostoli ob sponsi presentiam, aliquando non ieiunasse leguntur, quos tamen semper abstinentia & sobrietatis uirtute ornatos fuisse, minime dubiamus.

4. Porro si modum, quem Veteres (cum nulla de ea adhuc re lex extaret Ecclesiastica) & noui item Testamenti Patres, in Ieiuniis obseruabant, diligenter expendamus, comperiemus Ieiunium in genere dictum, haud aliud esse quam abstinentiam quandam à laitoribus eis, id: unica duxit at corporis refectio recte perficitur.

5. Nam cum maiores nostri ieiunabant, alios ad uesperam, nonnullos ad tres usq; dies, quosdam etiam eo amplius à cibo potuq; abstinuisse legimus. Quin & sacris quoq; proditum est literis Danielis illum hebreum tribus totis Hebdomadibus ieiuniis operam dantem, neq; panem, neq; carnes manducasse, neq; uinum bibisse, sed leguminibus, & xerophagia contentum, laboranti nature succurrisse. Haud dis simili modo & insignem illū Christi preconem Ioannem Baptistam tota penè uita, melle sylvestri ac locustis pastum fuisse sacra Euangelij commemorat Historia.

6. Ceterum Ieiunium hoc (quod suis modo conditionibus & abstinentia segregauimus) si recte fiat, id est, peccatorum expiationi, alijsq; pīs operibus coniunctum fuerit, plurimos ac mirificos consequitur fructus, quemadmodum diuinæ scriptura, sacra Concilia, Sanctorumq; patrum monumenta, & ipsam deniq; experientia abunde id contestatur.

7. Nam & Paradisum (unde gule uitio olim fueramus expulsi) nobis pandit, & meritas peccatorum penas amolitur, & iram Dei placat, & rebellium carnis petulantiam reficiat, & in seruitutem redigit, mentem preterea humi prostrat, ad celestia susollit, spiritusq; conciliat libertatem, unde ad diuinæ legis obseruationem uehementer conductus, Adhuc ne oratio nostra apud Deum repulsam patiatur, efficit, & (quod deniq; momenti est ter maximus) importuos illos Diaboli insulam, & tentationes facillime si angit ac dispellit, atq; id Christus Dominus redemptor noster non tam uerbo ac doctrina, qua uiuo quadraginta ieiunij exemplo aperte nobis ostendit.

8. Vnde, quod nolisce hinc temporibus Ieiunia male passim contemnatur accidit, ut qd plurimi ubiq; reperiantur, in quibus carnis libido usq; adeo dominatur, ut nihil, nisi que carnis sunt, sapient & loquuntur, parisiq; astimenti difficultatis, & sedis ablinere amplectibus atq; à saliuæ abundantia reiectione.

9. At uero cum facta carnis mortificare, & cu uitijs et concupiscentijs suis crucifigere (quod Ieiunijs si quo alio qd aptissime fieri solet) teneamur, & Domino nostro attestante, quoddam Demoniorum sit genus, quod non nisi Ieiunio & oratione potest profigari, idcirco licet Ieiunium omni tempore & utilitatis & meriti magni habeatur, quandoq; tamen, etiam Ecclesiastica lege seclusa, ex lege naturali & die uina perinde est necessarium, atq; oratio & clemosyna, tunc uidelicet, cum tali Demonio agitamus, quod sine Ieiunio expugnare non ualeamus.

10. Quapropter Ieiunium in genere consideratum, tanq; medium quoddam adultera peccata, tempore suo & loco necessarium, non tam positiui qua naturalis & diuini iuris esse existimamus, sicutdem moralia ueteris Legis præcepta (quale est Ieiuniū secundū substantiā suam expensum) cōmuni patrū sementiā, etiamq; in noua lege obtineat, in ueteri autem lege Ieiunia præcepti fuisse, nemo dubitat.

11. Quare & Dominus noster antiquam legem exponens simulq; cōsummans orationē, clemosynā ac Ieiunia, familiarissimo ac diuinissimo societatis uinculo, inter seū cōnexa, simul quoq; cōiunxit, nec cōiunxit modū, sed triū iſlorū peritiasēs modūq; prescribēs, omnibus seuere est interminatus, nisi iustitia sua Phariseorū ac scribarū iustitiae, in his tribus excederet, futurū ut aeterna beatitudine olim frustrarentur.

12. Veruntamen si qui peruerso ac erroeo animi iudicio, ab aliquibus escis sibi abstinentiam putarem, uel quod creaturam Dei, cum ludeis immundam, uel cum Manichæis & Tatianis malam iudicaret, eos nequaq; commendamus, quin potius ut infanos & Hereticos detestamur, non quia Ieiunant, sed quia heretice Ieiunū.

13. Nec obstat predictis illud Pauli, Corporis exercitatio ad modicum, utilis est, quoniam quidem Ieiunium non tantum corporis, sed etiam spiritus est exercitatio, multò uero minus alterum illud, Esca & patis Deo nos non commandant. Nam eti secundum se considerata, huicmodi Deo nos gratiores non reddant, reddunt tamen, si uita piaq; de causa assumūtur uel relinquuntur, aliqui et intemperati ex chiozco & rati sementiā, regnum Det possiderent iustitiae, apostolus tps Ieiunijs seū macerasset.

14. Cum igitur Ieiunia carnisq; castigationes, ad Legis Euangelicæ obseruationem tantum adserant adiumentū, & sine statis temporibus, certοq; ciborum delectu Ieiunaturi mens, subinde in incertum dia uagaretur, (unde & negligētia & Ieiuniorum obliuio facile consequeretur) Sancta, Catholica, & Apostolica Ecclesia, Dei spiritu afflata, Ieiunium alijs indeterminatum, ad certam quandam formulam redegit, quod proinde Ecclesiasticum appellatur.

15. In hoc autem nihil omnino inuenitur, quod pium Sacre scripturae consentaneum non sit. Nam carnes non comedere bonum esse monet Apostolus, tempus preterea, quo Ieiunium indicitur, & similes in die, edemq; moderata corporis refectione, nullam mali prese seruit speciem. Quare prece pī accedens quod suapte natura bonum & equum est, id malum & iniquū facere non potest, aut aliquā meriti rationem auferre, quin potius meritum auctius inde redditur, cu prece pro adiuncto, opus alijs morale actus fiat obedientia, que Deo grata est, quicquid.

16. Et quamvis homini Christiano, ut se obligatum intelligeret, Ecclesiæ Catholice decretum, licet admodum recens promulgatum, satis esse debuerat (cum Ecclesia eadem semper polleat autoritate, quemadmodum uno eodemq; capite ac spiritu semper regitur) tamen ne has quidem ratione Ieiunium hoc flocci fieri, aut à Catholice ueritatis aduersariis ullatenus rejici potest.

17. Quandoquidem sacrosanctam Quadragesimam, à Christo Domino ac redemptore nostro, uel sicutem ab ipsis illius Apostolis immodicata fuisse institutam, non tam Conciliorum Sanctiones, diuersaq; Sanctorum patrum sementiā, qipsamet Apostolorum Decreta, certum nobis indubitetumq; reddunt, Legit autem Canon Apostolicus hunc in modum: si quis Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut lector aut cantor sacram Quadragesimam non ieiunauerit, deponit, pr̄eter qd simbelligitate impeditur corporis, si Laicus sit communione priuator, & id recte, siquidem non minor esse debet apud Christi fideles Sacrosancte Ecclesiæ authoritas, quam apud filios Rechab morituri patris imperium, qui ne paternum mandatum uolarent, perpetuo a uiuo abstinerunt.

18. Veruntamen si presentis seculi remissionem, cum prīsimo Ieiunandi rigore committamus, rem nouam potius, quia in ante milie quingentos annos usitatam, Ieiuniū. Quadragesimale merito dixeris. Olim namq; carnium & lactitiorum abstinentie, modiceq; corporis refocillationi, eidemq; uespertine (unde & de cenaculū nostris nihil apud antiquos scriptum reperitur) uigilias quoq; nocturnasq; preces & alias id genus uite aperitates adiungebat, quemadmodum ex ritu, quo olim Litanie maioris Ieiunium celebrabatur, facile, id est colligere. sic enim in Concilio Moguntino sub Carolo Magno celebrato, extat defia nitū. Litanie maior tribus diebus, ut legendo reperimus, & sancti patres nostri instituerunt, à cunctis Christianis obseruetur, nō equitando, neq; preciosis indui sine uelibus, sed discalciati & cinere & cilicio operi. Quod, si Germani fratres ac maiores nostri, in Litanie maioribus eam seueritatem obseruabant, quā in Ieiunio Quadragesimai obseruasse existimandum est?

19. Iam eti omnia Ieiunia Ecclesiastica, sub Gehenne interminatione obseruare teneamur, (cū sint superiorum precepta, & id quidem in re grauiissima) hoc tamen inter omnia summa obseruatione & ueneratione dignū est, tū ob eximū, qua pollet antiquitatē, tum maximē ob ingenia in eo contenta mysteria. Nam & totius anni decimas eo ipso quodammodo Deo consecramus, & quod maius est, nō tam Moysis & Elie, quā ipsius Christi continet imitationem.

20. Nec est qd fidei Catholice hostes, ob sacrosanctum hoc Ieiunij institutū, Ecclesiæ crudelitatis insinuulent, cum hanc suam constitutionem, adeo obligare nō uelit, ut uel charitati uel necessitatice cedere, suo loco non debeat, quinimo liberum facit omnibus, quolibet tempore, quibuslibet uesci, modo id charitas suadeat, uel necessitas postulet, paratiq; sum suam illam, quam allegant, necessitatem, medici utriusq; consilio, atq; iudicio submittere. Veruntamen caue aut, ne, pro uera falsam pretexant causam, quod si fecerint certissimū babeant, nō se medici, aut Dei sacerdotē, sed se ipsos, in suam perniciem atq; condemnationē seūfelliſſe.

21. Et sanc, si ea de causa Sponsa Christi, crudelitatis esset condemnanda, quod sub uite spiritalis discrimine, ad nonnulla seruanda filios suos obliget, crudelis prosector censendus foret misericordiarum Pater Deus Opt: Max: qui sub multo maiori discrimine, rem, si nostro iudicio expendatur, multo leuiorē, primo parens prohibuit, multaq; alia tam, Israēlitico qd populo Christiano, sub aeterna Gehenne intermissione, sectanda fugiendaq; precepit. Verum id nemo unq; æquus rerum censor, iudicauerit, siquidem nemo in eo peccat, quod uitare non potest.

22. Quapropter si quis Legem diuinam aut Ecclesiasticam prævaricatus, eternæ penitentie constituitur, non est id in Deum, aut Ecclesiæ presides, qui legem optimā & ad subditorū salutē ordinatā (unde etiā maiorē meriti occasione sumere poterat) sanxerūt, est reūfelliſſe, sed in ipsum delinquēt, qui sua libertate abutēs, ex negligētia, uel malitia, illud preceptū uiolauit, quod & potuerat & debuerat obseruare.

23. Vnde ipsi Potius Ieiunij violatores sum reprehendi, qui Esau exemplum fecerit, cum uili lenicula primogenituram suam cōmutant, malemes in expelbili suo uenire, turpiq; carnis libidini gratificari, quā spiritui, et illis, quos Christus posuit Ecclesiæ rectores, obsequi.

24. Nec tamen omnes Ieiunij transgressores, ex æquo delinquent, grauius enim citra omnē controuersiā peccant illi, qui carnis, absq; ulla necessitate uescuntur, quā qui fragilitate carnis superari, bis interdiu cibū sumunt, unde etiā, nisi digna penitentia, peccatum suū ante obitū expiauerit, longē grauiores expensurū pēnas. Nec id profecto iniuria, si enim Ionatas ob Ieiuniū à Saul indictum, nulla impulsa temeritate, sed inuincibili ignoratiā laborans, atq; necessitate, modici tantū mellis degustatione, uiolatū, tamq; regis & prepotentis Dei indignationē incurrit, ut hic responsum denegaret, presentē ille mortem intentaret, quanto putatis maiora supplicia merentur illi, qui nulla necessitate adacti, nulla ignoratione deteni, sed furiosa quadā temeritate, sacrilegoq; conemptu incitati, sanctissimas Christi Sponsæ leges ac sanctiones uiolant pessimātq;.

25. Sed nec ideo tamen excusatione digni sunt, si qui cetera cōtemptū, aut proximi scandalū carnis aut alijs illicits secretō uescuntur, nā & hi hanc fecerūt, atq; primi parentes nostri Adam & Eva, interdicti cibū esu, indubitate animæ morte incurruunt, ueruntamen minus plectentur, qd nefarij illi contemptores, qui propria damnatione nō contenti, alios quoq; secum ad interitum pertrahere satagunt. Minus etiā qd alij quidā, qui, re in conuentu maligniū singulares uideantur, carnes aut cenan oblatam recusare non audent, id: cum magno, & fidei Catholice & salutis sue detrimento, siquidem & preceptū uiolant, & hæresin, quod in se est, propagant & infirmorum fratrum conscientias uulnerant.

26. Ceterum si ieiunantes quoddam nonnunq; abusus committere cōtingat, illi quoq; in Ecclesiam nō sunt referendi, ut que illis non precipiat, sed ablatos uehementer cupiat. Sed nec propterea quoq; Ieiunandi lex mala sit aut statim abroganda, qd multi eā transgreduntur, siquidē hac ratione omnes leges, etiā diuinæ, ab ipso Deo abrogari deberent, quia nulla lex omnino existit, que suos nō habeat transgressores.

27. Postremo, cum quādiu in hoc fragili corpore detinemur, nulla sit certa uictoria, omnes (per Canonem non excepti, ut pueri, senes, grauides &c.) cuiuscunq; deum exiterit perfectionis, ad Ieiuniorū Ecclesiasticorū leges astringuntur. Nam esto quidā è pietatis forent progesi, ut ultra progredi nō possent, nec ullos carnis semirent aculos, (quod tamen sine miraculo fieri non solet) non tamen de sunt iustissime & honestissime Ieiunandi occassione, uel ut Christi exemplo se conforment, uel offensi numinis iram placent, uel deniq; pro suis suorumq; peccatis auctiis, satis faciant.

